Sed nobis videtur dicendum, quod in contrectatione rei furtivæ non reperitur aliqua reiterato delicti, ſed continuatio quædam, atque ita actus non diſtinguuntur, quod manifeſtè probat Conſultus *in d. l. ei, qui, & in d. §. Infans*, nam etſi fur non ſemper rei furtivæ corporaliter inſiſtat, eam tamen animo poſſidet, ac retinet, per quod prima contrectatio continuatur, ac cæteris, quæ poſtea ſubſequuntur, adjungitur; atque ita omnes unum furtum efficiunt, niſi ea poſſeſſio interrumpatur, quoniam tunc ſi denuo fur rem furtivam apprehendat, novum furtum abmittit; ut docuit Conſultus *in d. §. Infans*, à quo præfata deducitur.

109 In adulterio hæc aliter ſe habent; quoniam primus turpitudinis actus, ſi ex intervallo fiat, aliis deinceps, ſequutis non conjungitur, nec cum eiſdem continuatur, cùm nulla poſſeſſio in aliena uxore adultero, ſicut furi in re furtiva quæratur; unde eſt, ut quoties alienum torum quis ex intervallo violat, toties diverſum crimen perpetrare dicatur; nec ſolus animus perſeverandi in adulterio prodeſt, ut actus continui cenſeantur, qui re & tempore diſtinguuntur, ut notum eſt; nam quod de fure diximus, provenit à poſſeſſione, quæ etiam furibus, aliiſque vitiosè rem occupantibus jure competit, ſuoſque effectus operatur, *l. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir. poſſeſ. l. 1. §. Qui à me vi. ff. De vi, & vi armat.*

Ad Num. 9.

110 Reus ad diverſas pœnas damnatus, omnes ſubire debet, ſi inter ſe compatibiles fuerint, Caball. *caſ.* 158. *n.* 22. Clar. *d. §. fin. quæſt.* 99. *num.* 9. quod ſi incompatibiles ſint, ut quando variis legibus mortis pœna infligitur, diverſo ſupplicii genere, veluti ſi unà ſit comburendus, & altera decapitandus, tunc Judicis eſt electio, qua morte ille ſit periturus, nec fas eſt ipſi damnato optionem dare, *l. aut damnum*, §. *Proinde.* ubi notatur, *ff. de pœn.* Clar. *ſup.* Guazzin. *defenſ.* 33. *c.* 4. *n.* 16. Luc de Penna *in l.* 1. *n.* 34. *C. de deſe torib. l.* 12. Baiard. ad Clar. *d. §. fin. q.* 67. *n.* 12. Si verò pœnæ incompatibiles præter mortem ſint, aliam Iudex pro ſuo arbitrio ſubrogat pro illa quæ infligi nequit; Menoch. *caſ.* 591.

111 Quod ſi morituro membrum aliquod, etiam ſit abſcindendum, communiter docent DD. incipiendum eſſe à pœna minori, & ſic quod membro prius amputato, deinceps ad ultimum ſupplicium perveniatur, & ſic de conſuetudine obſervatur, Clar. *ubi proximè*, & *ibi* Baiard. *n.* 13. Peguer. *deciſ.* 28. *in fine*, Guazzin. *d. defenſ.* 33. *c.* 21. *in fine*, Farin. *ſup. q.* 22. *n.* 31. Caball. *d. q.* 158. *n.* 24. Franc. Marc. *deciſ.* 738. Sed tamen hoc non ſervari, niſi in delictis atrociſſimis, teſtantur Caballus, & Farinac. in quo *D. Covar.* conſentiunt.

Ibi: *Cum & poſt mortem in criminis pœnam.*

112 Quanquam regulariter in reorum cadavera ſævire non liceat; ſolent tamen ob immanitatem facinorum in aliorum terrorem ſuſpendi, combuti, ac dilacerari: ut notant Caball. *caſ.* 294. *n.* 450. 451. Clar. *q.* 51. *n.* 15. Ant. Gom. *variar. l.* 3. *c.* 3. *n.* 79. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 285. *n.* 7. Guazzir. *defenſ.* 38. *c.* 6. *n.* 1. Medic. *in tract. mors omn. ſolvit, part.* 2. *conc.* 32. *n.* 86. Farinac. *q.* 10. *n.* 78. Sed hoc in arbitrio judicis eſt. Menoch. *ubi proximè*, Guazzin. *verſ.* Et erit etiam arbitrarium, Farinac. *d. n.* 78. & *q.* 128. *n.* 10. & ut hæc in cadavera fieri poſſint, neceſſario requiritur, quod tempore mortis defunctus fuiſſet damnatus, aut ita convictus, vel confeſſus, ut nulla illi defenſio ſupereſſet; Guazzin. *n.* 2. Farin. *d. q.* 10. *n.* 79. Boſſ. *in prax. crimin. tit. de accuſation. n.* 33.

Ibi: *Atque ita ob effugiendum impietatem.*

Quoniam pœna legis Pompeiæ de parricidiis 113
Chriſtianæ pietati, ac humanitati contraria omnibus viſa eſt, in deſuetudinem abiit, ſed aliis pœnis pro locorum ſtatutis, aut cõſuetudinibus parricidiæ plectuntur; ut teſtantur Caball. *caſ.* 15. *n.* 11. Clar. §. *Parricidium, num.* 5. Decian. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 16. in Hiſpania obſervatur, ut parricidia ſtrangulatus dolio includatur, atque ita in mare, vel flumen projiciatur; ut Docet D. Covar. cui ſuffragantur, Clar. *ubi proximè*, Ant. Gom. *ſup. cap.* 3. *n.* 3. *verſ. Item etiam illud*, Greg. Lop. *in l.* 12. *gloſ.* 7. *in fin. tit.* 8. *part.* 7. Menoch. *caſ.* 356. *n.* 7. 8.

Ibi: *Eodem pacto apud Chriſtianos.*

Etſi de jure, qui ad mortem ignis damnatur, 114
vivus ſit flammis tradendus, *l. univerſi* 9. *C. ubi cauſ. Fiſcal.* Corſet. *ſing.* 51. *verb. pœna*, Baiard. ad Clar. *in §. Hæreſis, n.* 15. apud Chriſtianæ fidei profeſſores pia viget conſuetudo, ut rei Catholicæ prius alio genere ſupplicii occidantur, ac poſtea cadavera eorum ignis abſumat, Clar. *d. §. fin. q.* 99. *n.* 7.

Ad Num. 10.

Hæretici, qui Brachio ſeculari traduntur, ſunt 115
omninò mortis pœna afficiendi, *l.* 2. *tit.* 26. *part.* 7. Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 46. *nu.* 42. Pat. Suar. *de fid. diſp.* 23. *ſect.* 1. Guttier. *de delict. quæſt.* 33. *n.* 34. Pet. Gregor. *ſyntagmat. l.* 3. *cap.* 8. *num.* 20. Clar. *in §. Hæreſis, n.* 7. & *in §. fin. q.* 96. *num.* 7. Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *l.* 8. *c.* 13. *q. ult. verſ. Ultima Pœna*, Pat. Hurtad. *de fid. diſp.* 86. *ſect.* 2. §. 35. ignéque extingui debent; quam pœnam Judex laïcus commutare minimè permittitur, Guttier. & Clar. *ubi proximé*, Boſſ. *de hæretic. n.* 37.

Ibi: *Libri item hæreticorum.*

Eſt pœna excommunicationis ſtatuta in Bulla *in* 116
Cœna Domini, adverſes legentes, aut retinentes libros hæreticorum, quàm latiſſimè explicat Sanch. *in Decalog. l.* 2. *c.* 10. *ex n.* 20. qui *n.* 56. aſſerit cum Azor. *ſup. d. l.* 8. *c.* 16. *q.* 11. non licere hæreticorum libros propria authoritate cujuſque comburere, ſed Inquiſitoribus neceſſariò fore tradendos, etſi aliquibus contrarium placuerit. Non tamen qui comburit præfata cenſura ligabitur, ut idem Sanch. advertit, quia non retinetur, quod igne conſumitur.

Ibi: *Quamobrem in primis obſervandum eſt.*

Hæreticos juſtè ultimo ſupplicio damnari, ac 117
flammis tradi, probant Hurtad *ſup. ſect.* 1. & 2. Guttier. *d. quæſt.* 33. *n.* 38. *cum ſeqq.* Simanc. *tit.* 46. *nu.* 45. *cum aliis*, Meneſ. *in l. tranſigere, n.* 98. *C. de tranſact.* Decian. *lib.* 5. *cap.* 42. *n.* 4. Iodoc. *in prax. cap.* 61. *n.* 19.

Ibi: *Hæc verò ignis pœna.*

Quod hæretici flammis extinguantur generalis 118
obſervant conſuetudo, Clar. § *Hæreſis, n.* 7. Anton. Gom. *l.* 3. *c.* 2. *n.* 1. *verſ. Item pro qualitate*, Villadieg. *de hæretic. quæſt.* 15. *n.* 3. Guttier. *n.* 41. Bertrand. *conſ.* 212. *n.* 2. *l.* 2. Decian. *ſup. verſ. Hoc autem*, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 374. *n.* 2. Greg. Lop. *in l.* 2. *gloſ.* 9. *tit.* 26. *part.* 7. Roxas *ſing.* 91. Sebaſt. Medic. *in ſumm. omn. hæreſ. part.* 1. *q.* 13. Ant. Scapp.
de

de jur. non ſcript. lib. 5. *cap.* 32. *n.* 8. Sanctarel. *de hæreſ. cap.* 27. *n.* 4. Azev. *in l.* 1. *n.* 176. *tit.* 3. *l.* 8. *Recopilat.*

Verſ. *Tandem in Hiſpania.*

119 Hæretici qui Judici ſeculari traduntur in Hiſpania, ſi reſipiſcant, etiam in eodem patibulo priùs ſtrangulantur, quàm flammis dentur; quod ſi pertinaciter in ſuis erroribus perſiſtant, vivi exuruntur; Hurtad. *ſect.* 2. §. 19. Hurtad. *n.* 40. Cened. *ad Decretal. collectan.* 55. *n.* 3. Mart. Delrio *diſquiſit. magic. l.* 5. *ſect.* 16. Didac. Per. *in l.* 3. *verſ. Eſt alia pœna, tit.* 4. *l.* 8. *Ordin.* Siman. *in enchirid. tit.* 67. *ex n.* 1. Farin. *de hæreſ. quæſt.* 189. §. 1. *n* 4. & *quæſt.* 293. *nu.* 35. Sed ſi hæreticus fuerit negativus; qui ſcilicèt convictus hæreſis crimen negat, & ſic Iudici ſeculari tradatur; mortuus comburitur; Hurtad. §. 28. qui §. 29. 30. agit, an ſint negativis præſtanda Sacramenta Pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ; & contra Pat. Suar. *de fid. diſp.* 23. *ſect.* . . 5. docet poſſe negativum Sacramentaliter abſolvi, & Sacerdotem ad hoc teneri, quando prudenter credit, illum verè eſſe pœnitentem quod privatim faciendum eſt; nam Judices tenentur prohibere, ne Sacramentum aliquod illis miniſtretur; cæteris verò hæreticis, qui vel propter reincidentiam, vel quia ſerò, ſcilicet poſt ſententiam converſi ſunt Sacramenta prædicta non denegantur, quanquam ſint comburendi; Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 57. *n.* 16. 17. Sylveſt. *in ſumm. verb. hæreticus* 1. *n.* 14. 17. Guttier. *n.* 50. Schilac. *in tract. de Fide Catholic. cap.* 27. *num.* 4. Sanctarel. *ſup. c.* 42. *dub. unic. n.* 17. *in fine*, Farinac. *d. n.* 35. Decian. *ſup. c.* 56. *n.* 7.

Verſ. *Hinc ad effugiendam inhumanam pœnam.*

120 In Hiſpania delinquentes in eremo, ſi pœna mortis ſint digni, ac per Judices, qui, *de la hermandad*, noſtro idiomate nuncupantur, ſint puniendi, ſagittarum ictibus enecabantur; ſed hodie prius faucibus compreſſis occiduntur, ac in cadavera ſagittæ mittuntur, ut notat Greg. Lop. *in l.* 12. *gloſ.* 7. *in fine, titul.* 8. *part.* 6. Pradilla *de pœn. delictor. part.* 1. *cap.* 28. *n.* 7.

AD CAPUT XI.

De exequutione publici, vel privati inſtrumenti, traduntur aliqua: & num exequi poſſit quod liquidam quantitatem non continet.

SUMMARIUM.

1 *De exequutione publici inſtrumenti qui tractent.*
2 *Exequutio an peti poſſit ex inſtrumento, quo quid liquidum non debetur; ad n.* 10.
3 *Tutor, vel alius adminiſtrator, exequutivè non convenitur ante rationum diſpunctionem.*
11 *Inſtrumentum exequibile eſt, quo certa quantitas vini, vel frumenti debetur, etſi pretium incertum ſit.*
12 *Exequutivè agi poteſt pro debito non liquido, ſi culpa debitoris liquidari non poſſet.*
13 *Ex inſtrumento conditionali quando exequutivè agi poſſit, & num.* 14.
15 *Quæ forma in exequutione ſervetur, remiſſivè.*
16 *De proclamantibus ad diſtractionem bonorum, in quibus exequutio facta eſt; ad n.* 19.
20 *Bona diſtracta quando reſtitui poſſint debitoribus, debito perſoluto; remiſſivè. Et an liceat Judicibus inferioribus reſtitutionem facere, n.* 21.
22 *Utrùm inſtrumentum de jure Regio habens paratam exequutionem exequendum ſit, ſi ei clauſula guarentigia inſerta non ſit, ad n.* 25.
26 *Inſtrumentum confectum, ubi paratam exequutionem habet ex ſtatuto, an exequibile ſit in loco in quo tale ſtatutum non eſt; & è contra, & numer.* 27.
28 *Chirographum à debitore recognitum paratam habet apud nos exequutionem.*
29 *Secùs ſi non fuerit recognitum, etſi obligatus conſenſerit, ut via exequutiva ex eo agi poſſit.*
30 *Chirographum recognitum, quando & à quo tam recognoſcenti, quàm aliis ejus creditoribus præjudicet, ad num.* 32.
33 *De recognitione privatæ ſcripturæ, ad num.* 35.
36 *De promiſſione ſolvendi tribus terminis, die non expreſſo remiſſivè.*

DE judicio exequutivo, ac de interpretatione legum Regiarum, quæ paratam exequutionem publicis tribuunt inſtrumentis, videndi ſunt Roderic. Suar. *in l. poſt rem jud catam. ff. de re judicat.* Ant. Gom. *in l.* 64. *Taur.* Guttierr. *practicar. l.* 1. *q.* 110. *cum ſeqq.* Aviles *in c.* 10. *Prætor. verb. execution.* Pariador. *rer. quotid. inar. l.* 2. *c. fin.* Carleval. *de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 1. *cum aliis*, Avendann. *in c. Prætor. part.* 2. *c.* 30. & *in declarat. ad l.* 4. & 5. *tit. de las exceptiones, l.* 3. *Ordinum.* Amad. Rodrig. *in tract. de exequut.* Anton. Canar. *eod. tract.* Cancer. *variar. reſolut. part.* 2. *c.* 3. *de inſtrument. guarent.* Azeved. *in l.* 1. & *ſeqq. tit.* 21. *l.* 4. *Recopilat.* Pichard. *in manuduct. ad prax. part.* 2. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 4. Didac. Per. *in l.* 4. *gloſ.* 1. *tit.* 8. *l.* 3. *Ordinament.* Villadieg. *in politic. capit.* 2. Cur. Philipp. *part.* 2. Coler. *de proceſſ. exequutiv.* Aſin. *de exequutionib.* 1

Ad Num. 1.

Ex inſtrumento publico, ubi paratam habet exe- 2
quutionem, poteſt peti exequutio, quamvis incertam quantitatem contineat, ut damna, vel intereſſe; modò ante omnia in limine viæ exequutivæ quantitas liquidetur, Meneſ. *in l.* 1. *n.* 47. *ff. de legat.* 2. Cacheran. *de* . 129. *ex n.* 10. Canar. *ſup. qu.* 14. *n.* 33. Barz. *de guarentig. quæſ.* 2. Scacc. *tract. de appellat. quæſ.* 17. *limit.* 9. *à n.* 14. Didac. Per. *d. gloſ.* 1. *verſ. Ut ùm autem exequutio.* Peralt. *in d. l.* 1. *n.* 82. *ff. de legat.* 2. Carlev. *ſup. diſput.* 3. *n.* 46. Hermoſ. *in l.* 10. *gloſ.* 4. *n.* 448. *tit.* 1. *part.* 5. Guttier. *practicar. l.* 3. *quæſt.* 39. *à n.* 16. Paz *ſup. cap.* 1. *nu.* 15. *cum ſeqq.* Cevall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 662. Cur. Philipp §. 8. *n.* 1. Azeved *in d. l.* 1. *n.* 35. Galleſ. *ad for. Camer. obligat. q.* 35. *à n.* 6.

Ibi: *Item ſententia plerumque fertur.*

Nota, dupliciter poſſe tutorem, vel alium admi- 3
niſtratorem conveniri ex inſtrumento adminiſtrationis, paratam exequutionem habente, vel ut redditis rationibus reliqua tradat, vel ut ante earum diſpunctionem, quæ in inventario deſcripta ſunt, cum effectu reſtituat. Amat. *variar. l.* 2. *reſolut.* 59. *n.* 22. 23. Primo caſu exequutivè agi poterit, ut in eadem via exequutiva computatio fiat, antequam ad capturam pignorum, aut perſonæ, deveniatur; & factâ, adminiſtrator reſidua ſolvat, Parlador. *ſup. part.* 1. §. 12. *limit.* 4. *n.* 34. Cur. Philipp *n.* . Secundò, exequutivè agere nullo modo licet; nam tutor rationes offerens liberabitur à via exequutiva, Carlev. *diſp.* 7. *n.* 9. Gut. *de Tutel. part.* 3. *c.* 1. *n.* 53. Amat.
ubi

ubi proximè, *n.* 24. omninò videndus *per tot. reſol.* ubi tradit diſtinctionem inter bona mobilia, & immobilia deſcripta in inventario; ac docet, quibus caſibus poſſit tutor exequutivè conveniri ante rationem computationem.

Verſ. *Contraria opinio.*

4 Sed quod non liceat viam exequutionem intentare, quoties debitum liquidum non eſt, docent Suar. *in declarat. leg. Reg. lim.* 4. *à n.* 1. Cap. *deciſ.* 17. Menoch. *de adipiſcend. remed.* 5. *n.* 59. ubi magis communem dixit Oroſc. *in l.* 1. *n.* 9. *ff. de edend.* Caballin. *melliloq.* 625. Aſinius *ſup.* §. 1. *cap.* 29. *à n.* 8. Rodrig. *cap.* 1. *art.* 4. *num.* 29. Cancer. *ſup. part.* 1. *cap.* 17. *n.* 34. *&* *d. c.* 3. *nu.* 9. Caravit. *rit.* 167. *à n.* 4. Intrigliol. *l.* 2. *ſingul.* 50. *n.* 1. Coler. *ſup. part.* 3. *cap.* 1. *n.* 2. *cum aliis*, Amat. *num.* 16. ubi plurimi Parlador. *ubi proximè, n.* 28. Noguerol. *allegat. n.* 33. *num.* 46. Villadieg. *d. cap.* 2. *n.* 21. Quæ ſententiæ, quoad effectum in quo inter ſe differant? ſtatim dicemus; hæc tamen magis juris rigori convenit, ut probabitur *infrà n.* 9.

Ibi: *Quod Regia lex expreſſim exigit.*

5 Idem juris eſſet ſi id expreſſum non fuiſſet, nam quoties ſtatutum paratam inſtrumentis tribuit exequutionem, ſubintelligitur pro quantitate liquida, Menoch. *ſup. remed.* 3. *n.* 190. Galleſ. *ſuprà*, *tit. de liquid. n.* 11. Aſin. *d. c.* 29. *n.* 8. 18. Ant. Amat. *nu.* 27. Carpan. *ad ſtatuta Mediolanen. l.* 1. *c.* 42. *num.* 29. Amat. *deciſ.* 29. *n.* 39.

Verſ. *In ſumma inſtrumenti non liquidi*

6 Adde Hermoſ. *n.* 442. *cum ſeqq.* Guttier. *d. q.* 39. *ex n.* 13. Suarez *d. lim.* 4. *à n.* 2. Paz Galleſ. *ub proximè*, Carleval. *dict. diſp.* 3. *n.* 42. *cum ſeqq.* Ex quibus conſtat, omnes ferè in hoc convenire, ut antequam debitum liquidetur nequaquam pignora, aut perſona debitoris capi poſſint: differunt tamen, quia ſecundùm primam ſétentiam, cauſa celeriùs expeditur, ſiquidem, rationibus diſcuſſis, ſtatim abſque aliqua Judicis pronunciatione mandatum executivum decernitur. At juxta ſecundam, ſententia ſuper liquidatione deſideratur, à qua reus appellationem interponere non prohibebitur, etiam quoad effectum ſuſpenſivum, Cancer. *d. cap.* 17. *n.* 36. Menoc. *d. remed.* 3. *nu.* 192. Galleſ. *d. tit. de liquidat. nu.* 3. Celſ. Hug. *conſ.* 45. *n.* 4. & ita omnes communiter, quidquid dicat Parlador. *n.* 32.

7 Illud eſt obſervandum, ut quomodocunque de liquidatione tractetur; neceſſe eſt Rei citationem intervenire, Parlad. *n.* 30. Suar. *ubi proximè*, & alii.

Verſ. *Cæterùm Paulus Caſtrenſis.*

8 Hanc *Pauli Caſtrenſis* ſententiam, ut ſcilicet ante liquidationem debiti poſſint pignora capi, ac perſona debitoris carcerari, quando via exequutiva experitur, probat Guttier. *dict. quæſt.* 39. *n.* 19. ubi ait, *Hanc praxim poſſe ſuſtineri*, Roman. *in l.* 1. *ff. de edend.* Aviles *in d. cap.* 10. *Prætor*, *verb. execution. n.* 53. Boër. *deciſ.* 295. *n.* 15. Hieronym. de Leon. *Valent. deciſ.* 64. *num.* 9. D. Larrea *allegat. fiſcal. tom.* 2. *allegat.* 78. *n.* 23. eamque communem dixere Jaſ. *in l.* 1. *ff. de edend. n.* 31. Vivi. *commun. l.* 1. *opin.* 305. Emman. Suar. *eod. tract. verb. inſtrumentum.* Ipſam tamen impugnant cum *D. Covar.* nedum illi, qui abſolutè inficiantur, locum executioni eſſe pro non liquido, verumetiam, qui viam exequutivam admittunt, Parlador. *num.* 28. Suar. *in d. l. poſt rem judicatam*, *limit.* 4. Peralt. Hermoſ. Paz. Carleval. Guttier. & alii *ſuprà* allegati. Nec qui pro *Paulo Caſtrenſi* laudantur, omnes expreſſim ipſius ſententiam probant: non enim aſſerunt, poſſe ad capturam pignorum, non liquidato debito, veniri; ſed quod inſtrumentum eſt exequibile, modo in proſequutione viæ exequutivæ de certa quantitate conſtet, & ita loquuntur D. Larrea, Leon, & Boër. De quo iterum *num. ſup.*

Verſ. *Primum*, *ex his conſtat.*

9 Ad circuitus vitandos, qui primæ ſententiæ adhærent, movent Judicem, ut, cum via executiva agitur, à pronunciatione ſuper liquidatione abſtineat, ne ad appellandum reo pateat aditus. Guttier. *d. qu.* 39. *n.* 4. Hermoſ. *n.* 450. Carleval. *n.* 44. Paz *n.* 17. At quando via ordinaria ad liquidationem proceditur, ſententia omninò opus eſt; ut ex pluribus Carleval. *ubi proximè.* Sed quidquid praxis obſervet, de jure verior videtur, agi non poſſe exequutivè virtute inſtrumenti, quo certa quantitas non continetur, niſi priùs via ordinaria liquidetur; quoniam cauſa liquidationis diſtincta eſt à principali ſuper exactione debiti, Menoch. *ſup. d. remed.* 5. *n.* 71. Galleſ. *tit. de liquidat. n.* 5. & cùm ſtatutum concedens inſtrumentis paratam exequutionem, requirat, ut debitum ſit liquidum, Tuſch. *lit. S. conc.* 532. *n.* 55. & dixi *ſup. n.* 5. priùs ea qualitas, ſecundùm communes juris regulas verificanda eſt, quàm beneficio legis creditor utatur: juxta communem DD. opinionem, qui hoc generaliter tradunt, Bald. *in l. mancipia, C. de ſerv. fugitiv.* Bertaz. *conſ. crim.* 144. *n.* 8. Cyriac. *tom. controv.* 216. *n.* 18. Unde quãvis fiſcus privilegium habeat conveniendi via exequutiva ſuos debitores, intelligitur, ſi debitum ſit liquidum? Tuſch. *nu.* 68. atque ideò tenetur via ordinaria agere ad liquidationẽ antequam ad exequutivam accedat; Peregr. *de jur. fiſc. l.* 7. *tit.* 7. *n.* 5. *verſ. Si verò debitum non eſt liquidum*, Surd. *dec.* 18. *ex n.* 2. Mauſon. *de cauſ. exequutiv. ampliat.* 8. *n.* 12. 13. Novar. *ad leg. hi qui, n.* 3. 4. *C. de conveniend. fiſc. debitor. l.* 10. Tandem cum hoc, quòd inſtrumenta paratam exequutionem habeant, ſit adverſus jus commune, Tuſch. *n.* 86. Parlador. *d. p.* 1. §. 11. *in princip.* Azev. *in d.* 1. *in princip. tit.* 21. *l.* 4. *Recopil.* & omnes præmittunt; eſt potiùs reſtringendum, quàm ampliandum; Ant. Theſaur. *deciſ.* 26. *à n.* 1. Cancer. *d. cap.* 3. *n.* 2. ubi alios refert.

Verſ. *Secundò*, *deducitur.*

10 De hac diſtinctione inter judicium univerſale, & particulare, quoad viam exequutivam, agit Tuſch. *ſup. n.* 63. Mynſinger. *centur.* 2. *obſervat.* 6. ubi ait, ſecundùm eam, Imperialem Cameram judicaſſe; Theſaur. *ubi proximè, n.* 6. Quam magis communiter DD. præallegati rejiciunt.

Verſ. *Quartò*, *omnibus his.*

11 Certa quantitate frumenti, vel olei debitã, poteſt fieri exequutio pro pretio, ac pignora capi, etſi illud ſit incertum; quoniam ſufficit in proſequutione viæ exequutivæ liquidari, D. Larrea *d. allegat.* 78. *n.* 23. Cancer. *ſup. n.* 12. Guttier. *d. c.* 39. *n.* 23. ubi ſubdit; cautos creditores ſolere in prima petitione majorem vini, vel tritici valorem poteſtari, ac deinceps exhibere teſtimoniales litteras Tabellionis teſtificantis de majori pretio, ut juxta illud pecunia ſolvatur, Paz *ſup. n.* 18. *in fine.*

12 Eſt & alius caſus, in quo æquiſſimum erit, præfatam

fatam *Pauli Caſtrenſis* ſententiam practicari, cùm ſcilicet per ipſum debitorem ſtat, ne quod debet, liquidetur; quoniam tunc pignora capi poterunt uſque ad ſummam Judicis arbitrio præſcriptam, D. Larrea *n.* 24.

Ad Num. 2.

13 Inſtrumentum publicum conditionale poteſt exequutioni mandari, modo priùs de exiſtentia conditionis apud Judicem doceatur, Ant. Gom. *in d. l.* 64. *Taur. n.* 7. Parlad. § 12. *limit.* 5. Guttier. *n.* 12. D. Larrea *n.* 25. Carleva. *n.* 42. Paz *ubi proximè*, Avil. *dict. verb. Exequutio*, *n.* 57. Azeved. *n.* 40. Villadieg. *ſup. nu.* 23. Cur. Philipp. §. 7. *n.* 7.

14 Id ipſum in conditione tacita locum obtinet, ut ſi maritus agat ad dotem ſibi promiſſam, qui non alias exequutiva via uti poterit, niſi nuptias contraxiſſe priùs oſtendat; ſed ſi notorium fuerit, ab onere probationis liberabitur; ſi verò reus non appellaverit, & in proſequutione judicii actor matrimonium initum eſſe probet, proceſſus valebit. Suar. *d. limit.* 4. *n.* 2. Parlador. Cur. Philipp. *ubi proximè*, Azeved. *n.* 37. 40.

Verſ. *In hac tamen*

15 De forma; qua exequutio fit, ac perficitur, agit, *l.* 19. *titul.* 21. *lib.* 4. *Recopilation.* ubi latè Azeved. Carleval. *dict. tit.* 3. *diſput.* 1. *à num.* 27. Amad. Rodrig. *cap.* 5. Guttièr. *d. c.* 1. *qu.* 3. *cum ſeqq.* Parlador. *d. cap. fin. part.* 5. *per tot.* Paz. *part.* 4. *c.* 2. 7. Villadieg. *ſup. à n.* 67. Cur. Philipp. §. 14. *cum aliis.*

16 Quibus diebus præconizandum ſit ad diſtractionem captorum pignorum? docet Paz. *d. c.* 2. *n.* 39. Cur. Philipp. §. 17. *n.* 4. ex quibus conſtat, triginta dies in venditione immobilium lapſuros, & in mobilium decem dinumerandos à primo proclamare.

17 Aliquando termini præſcripti *d. l. Regia*, ad ſubhaſtationem rerum diſtrahendarum, non obſervantur; nam favore Fiſci conſtitutum eſt, ut bona mobilia fiſcalium debitorum vendantur tribus proclamatibus intra triduum ſucceſſivè præmiſſis, immobilia verò intra novem dies, ut habetur *in l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recopil.* Ita ut primo caſu quatuor, ſecundo decem dies præ ereant: Cur. Philipp. *ubi proximè*, quod notat Parlador. *ſup. part.* 5. §. 8. *nu.* 4. Carleval. *n.* 28. Cur. Philipp. *n.* 1. Paz. *n.* 40. Idem conſtitut *l.* 43. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recopil* circa ea, quæ venduntur ſub haſta pro fraternitate, vulgò *Hermand.* Parlador. Cur. Philipp. *ubi proximè*, Avedañ *in dictionario, verb. almoneda, & in c. Prætor. part.* 2. *c.* 12. Similiter delegatum, vel exequutorem, cui tempus præfixum eſt, poſſe terminos proclamatum coarctare, ne alioquin propter termini lapſum perficere executionem impediatur, docent DD. *in c. de cauſis, de offic. deleg.* & notat Parlador. *ubi proximè.*

18 Quod ſi nulla ex cauſa termini proclamatum reſtringantur; vitiabitur exequutio quoad ſubhaſtationem, & reliqua poſtea facta, quæ denuò erunt interanda, ſed antea geſta in ſuo robore permanebunt; Parlad. *n.* 7. 8. Paz *n.* 3. 9. Cur. Philipp. *n.* 7. ubi *n.* 5. notatur, quod ſi ſimul capiantur bona mobilia, & immobilia, neceſſe non eſt, niſi tria proclamata pro omnibus, eo ſcilicèt ordine, qui ad immobilia deſideratur: Protelatio verò terminorum nullum præjudicium affert exequutioni, ut præfati advertunt. Ratio differentiæ in promptu eſt; nam etſi utroque caſu contra formam legis Regiæ fiat, tamen in primo ſolùm nullitas locum habet, eo, quod reo expedit, ut proceſſus in ſe factus irritetur, in cujus favorem dilationes tot dierum ſunt introductæ. At in ſecundo nullitas obeſſet actors, cum iterùm agendum foret, ſolutòque differetur, cui lex proſperit, dum terminum ad certos dies reſtrinxit. Unde ſi nullum eſſe proceſſum quoad ſubhaſtationem diceremus, quia Judex amplius tempus ad diſtrahenda bona conceſſit, eveniret, ut quod favore actoris inductum eſt, in ejuſdem damnum retorqueretur; contra regulam *l. quod favore*, cum *vulgaris*, *C. de legib.* & quod actus geſtus contra formam legis teneat, quando nullitas eſſe, nociva ei, cui lex conſultum voluit, dum formam dedit, probat mirabilis textus exactè intellectus, *in l. ſi duobus* 12. §. *Si priùs ff. de honor. poſſeſſ. cum tabul.*

19 Sunt aliqui caſus, in quibus ſolemnitas præconiorum non obſervatur. *Primus* eſt, ſi præco ad diſtrahenda pignora non reperiatur, nam per edicta ſuppleri poterit, vel ſat erit, ut licitatio per Judicem, alioſve juſtitiæ miniſtros fiat; Parlador. *nu.* 5. Avendañ *d. cap.* 12. *nu.* 2. *Secundus*, quando reus ei ſolemnitati renunciat, ſed non ideò cenſetur terminis præconiorum renunciare, qui præterire debent, antequam ad ultimam citationem addictionis deveniatur; Carleval *d. tit.* 3. *diſp.* 1. *n.* 1. Rodrig *ſup. c.* 5. *n.* 81. Cur. Philipp. *n.* 8. Quamvis Paz *ubi proximè*, ſentiat, proteſtationem in renunciatione requiri ad gaudendum proclamatum dilationibus. *Tertius* eſt, cum res quæ capitur vendenda non eſt ad ſatisfactionem creditoris, veluti ſi ſit pecunia, aut quid in ſpecie debitum; nam ceſſante venditione proclamata ſuperflua ſunt, ac per conſequens terminorum lapſus non deſideratur, Cur. Philipp. *ibidem*. Carleval. *d. diſp.* 2. *n.* 1. 5. ubi per totam explicat, quomodo exequutio in pecunia facta debeat expediri.

Ad Num. 3.

20 Adde Parlador. *part.* 5. §. 16. *n.* 7. 8. Carleval. *d. tit.* 3. *diſp.* 24. *n.* 7. Paz *cap.* 3. *n.* 48. 49. Guttier. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 161. *à n.* 2. Didac. Perez. *in dict. l.* 4. *col.* 1702. *verſ. Dubitari prætereà*, *titul.* 8. *lib.* 3. *Ordinam.* Cevall. *tom.* 1. *quæſt.* 633. *nu.* 7. 8. Cur. Philippic. §. 22. *nu.* 18. 19. & alios apud Carleval.

Ibi: *Quod ſi ſubhaſtatio.*

21 Videns proximè laudatos, præſertim *Parlador*, qui hoc quod de Supremis Judicibus dicitur, ad inferiores extendit, qui reprehenſione digni non ſunt ſi Majorum veſtigia ſectantes, æquitate eadem erga debitores utantur.

Verſ. *Illud ſanè omittendum.*

22 Ad hoc ut inſtrumentum publicum habeat de jure Regio exequutionem paratam, clauſula guarentigia non eget, Ant. Gom. *in l.* 64. *Taur. or.* 4. Parlador *part.* 1. §. 11. *ampliat.* 2. *à n.* 10. D. Larrea *d. allegat.* 78. *n.* 5. Didac. Perez. *d. l.* 14. *gloſ.* 1. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin.* Olan. *in antinom. jur. lit. I. n.* 4. Azeved. *in dict. l.* 1. *n.* 53. 54. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Palac Rub. *in l.* 63. *Taur.* Avendañ *in dictionar. verb. ſcriptura*, *& in l.* 4. *&* 5. *tit. de las excepciones*, *n.* 22. *circa finem* Hermoſ. *in l.* 6. *gloſ. ultimat.* 3. *in fine*, *tit.* 5. *part.* 5. Salaz. *de uſu*, *& conſuetud. c.* 3. *n.* 4. Gratian. Falcon. *reg.* 279. *n.* 9. Carleval. *d. tit.* 3. *diſp.* 6. *n.* 9. Marienç. *in l.* 10. *gloſ.* 9. *tit.* 17. *lib.* 5. *Recopil.* Cur. Philipp. §. 7. *n.* 1. quod magis arridet.

23 Eſt autem clauſula guarentigia, per quam contrahentes præſtant facultatem omnibus Judicibus, ut ita ſe exequutio fiat, perinde ac ſi quod inſtrumento compre-